



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

9. Ex impij iustificatione vltior eiusdem solutionis impugnatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

Quis est, qui te discernit? septimo cum præuium actum disponentem ad præfinitionem infallibiliter sequatur, horum sententia, præfinitio, & hanc sequatur infallibiliter auxilium efficax, atque hoc immediate, infallibiliter, actus præfinitus, si hic contritionis, seu perfectæ charitatis sit, cui annexa etiam necessario est iustificatio, inferatur posse nos viribus naturæ disponi, & adquirere infallibiliter eum auxilium gratiæ efficax (si ita acquiritum gratia foret) tum etiam gratiam iustificantem quod non modo Semipelagianum sed & Pelagianum est.

8. Octavo: iuxta horum doctrinam, actus mediate solum liber ratione actus præuij, qui in se formaliter proxime, & immediate liber est & nil meriti supra meritum præuij illius actus addit (vt constat de actu imperato, siue interno, vt actus fidei ab affectu efficaci credendi, & alij affectus voluntatis imperati efficaciter ab alijs, & electio vniuersi medijs ex intentione doctrinam actus præfinitus solum est, vt summum, mediate liber ratione libertatis proximæ dispositionis præuiæ ad præfinitionem, vt vidimus num. 2. ergo nil meriti affert, apponit, vt de suo supra meritum actus dispositionis. Tum sic ergo actus supernaturalis præfinitus non est absolute meritorius, iuxta secundum membrum dilemmatis ab aduersarijs admittum, quod impugnamus, quod absurdissimum est. Probo consequentiam: Actus mediate liber nil affert vel habet meriti supra meritum actus præuij, ratione cuius libertatis, mediate liber est: sed actus præuiæ disponens præfinitionem actus supernaturalis, iuxta secundum membrum dilemmatis ab aduersarijs admittum, nullum habet meritum: ergo nec actus supernaturalis præfinitus aliquid meriti habet. Minor probatur, quia, iuxta secundum membrum dilemmatis ab aduersarijs admittum, actus ille præuiæ disponens est ex viribus proprijs, & naturalibus nostræ voluntatis, & absque præfinitione illius, atque à Deo absque auxilio gratiæ Dei necessario ad operandum: at nullus actus ex viribus naturalibus absque auxilio gratiæ est meritorius iuxta definitiones Concilij Arausiaci, & dogma Theologicum & fidei: ergo actus ille præuiæ disponens ad præfinitionem actus supernaturalis, & ratione cuius libertatis hic mediate liber est, meritorius non est. Si dicas actum illum præuium esse ex voluntate misericordie, & gratuita Dei, quæ tamen præfinitio non sit, ac subinde ex auxilio gratiæ, & si de se non prædeterminante, & efficaci: quare, & esse supernaturalem, & meritorium: iam admittes contra tuam doctrinam, præfinitionem, & subinde tuam prædeterminationem non esse necessariam vniuersim, & simpliciter ad operandum, nec solum ad posse, sed & ad operari: siquidem aliqua operatio de facto à te admittitur absque præfinitione. Imo fateri cogeris ad nullam operationem, etiam supernaturalem, requiri, quia in eo actu præuiæ absque præfinitione prædeterminationis infringuntur omnia adeo difficilia, vt putas, & pugnantia contra dogmaticam arbitrij libertatem argumenta. Primum debita subordinatio causæ secundæ ad primam in operando secundum primam determinationem liberi, qualis est Deus ad secundorum determinationem. Tertium indifferentia principij, à quo tamen sit actio determinata. Quartum eleuatio naturæ ultra vires suas ad ordinem gratiæ. Quintum, quod, vt faciamus faciat Deus: & operetur in nobis, & velle, & perficere. Sextum, quod nihilominus à non se disponente actu præuiæ supernaturali ad præfinitionem discernat Deus, neque se hic discernat ab illo. Hæc siquidem omnia saluari ab aduersarijs, si ita respondeant, omnino debent, vt actus ille præfinitioni præuiæ, & supernaturalis à misericordie, & speciali Dei voluntate, & supernaturali auxilio gratiæ inde ortu de se tamen non connexis cum eo actu præuiæ, neque vllatenus ad ipsum nostram voluntatem prædeterminantibus, absque præfinitione, & auxilio de se se efficacibus à nostrâ voluntate apponantur. Quod quidem in nostram sententiam de efficacia voluntatis diuinæ, & auxilij gratiæ extrinsecus desumptam ab effectu, recidere profus est. Si quidem illa Dei voluntas, illudque auxilium, cum effectum fortitatur efficax aliquo modo est: quin alias, quam per denominationem ab effectu ipso extrinsecus desumptam esse possit. Inde vero & scientiam

Dei de futuris contingentibus absolutis, & conditionatis in seipsis, ac non in causis, aut conditionibus eorum admittere necessarium consequatur est. Iamque (quod faciendum tandem spero) vtriusque de rebus hæc scholæ concordiam habebimus.

CERTAMEN IX.

Ex impij iustificatione vltior eiusdem solutionis impugnatio.

1. Rursus à capite præuiæ dispositionis liberæ ad præfinitionem (siue ea naturæ viribus, siue ab auxilio gratiæ, & misericordie Dei voluntate de se non efficacibus proveniat) solutionem impugno: quia ponamus præfinitum actum esse actum contritionis, quo peccator ad Deum conuertitur. Tunc, ne in infinitum abeamus, actus præuius proxime ad præfinitionem, & prædeterminationem contritionis à Deo. Est dispositio vltima ex parte nostre voluntatis, quam iuxta solutionis præfinitio, & inde prædeterminationis, & contritio, & exinde iustificatio impij ab ea inseparabilis: ergo actus ille præuius erit dispositio, infallibilis, & quæ absolute ponat impij iustificationem extra Sacramentum, quod est inaudium: tantumdem enim est esse immediatam & vltimam dispositionem ad id, quod inseparabile est ab alio, atque esse dispositionem ad illud. Id quod de actu præuiæ ad auxilium efficax (de quo non disputamus, in quo consistat, & in quo aduersarij eadem solutionem vtruntur) immediatius concluditur. Confirmatur consequentia: quia non alia ratione Deus dicitur nobis dare contritionem, nisi quatenus iuxta hos Doctores præfinit illam, & iuxta omnes Doctores auxilium efficax (in quocumque ster) & operaturum donat, infallibiliter cum contritione coniunctum. Item qui dat formam dare consequentia necessario ad formam, in phisicis, & moralibus dogmaticum apud Philosophos, & Theologos proloquium est. Contra secundò illatione quæ consequentia illius absurditatem magis prodit. Ergo qui leuiali culpa subiacer, si bene sufficienti vniatur auxilio, præfinit ei adit auxilium efficax, & cum eo gratia iustificans. Quæ propositio, etsi admittatur, vt doctrinæ huius consecuta conceptis verbis à Franc. Dauid dominicano supra citato pag. 55. & 71. quam fit absurda sit ostenditur.

2. Præuius actus ex bono vlti gratiæ sufficientis præfinitioni contritionis perfectæ, auxilioque efficaci ad illam, & contritioni congruentior, atque natura sua accommodatior assignari, ex cogitatione non potest, quam attritio ex auxilio gratiæ sufficientis & moriis, ex quibus ad sacramentum penitentiae concipi debet. Est siquidem de peccatis præteritis decessatio efficax, ac proinde propositum efficax pro tunc de cætero non peccandi virtute saltem claudit: in quo affectu peccatorum illecebræ, illicites Lenocinæ, & pellicæus ex mortuis fortioribus, & superioribus delectis, despectaque à voluntate sunt: quæ scilicet expeditis, facilisque voluntas ob immensam summe diligendi Dei bonitatem, & beneficentiam munificentissimam delectationem, & propositum idem repetat, atque experitur quidem ob præfinitam congruitatem, & proportionem attritionis præfinitæ ad contritionem perfectam de peccatis ad hanc peccatorum res semper, & quasi ex ordinaria diuinæ, etiam supernaturalis, providentiæ lege disponi: ergo semper de ea lege ordinaria bono vlti sufficientis auxilij in actu præuiæ disponente ad præfinitionem, & auxilium efficax ad contritionem, bonus vlti auxilij sufficientis actu attritionis secum reliqua sequentia deuotio: vel saltem quotiescunque peccator concipit auxilium ex auxilio sufficienti gratiæ attritionem, ponit actum præuium omnium excogitabilium congruentissimè disponentem præuiæ ad contritionem, auxiliissime efficacem ad illam, & illius præfinitionem. Atqui posito actu præuiæ disponente ex bono vlti gratiæ sufficientis ponitur per se, & infallibiliter, per vlti præfinitio contritionis, siue qua auxilium efficax ad illam ponit

ponitur, auxilium efficac contritio, & eius affecta in-
dividua gratia iustificans: ergo quocumque etiam ex-
tra Sacramentum est attritio de peccatis in peccatore per
se necessario, & infallibiliter est etiam de eisdem contri-
tio, & iustificatio. Hoc autem præter quotidianam expe-
rientiam auctorem expresse contradicit Tridentino di-
centi sess. 14. cap. 4. *Attritionem sine Sacramento Peni-
tentie per se non posse peccatorem ad iustificationem per-
ducere.*

3. Et sane si attritio extra Sacramentum ad con-
tritionem perfectam, & iustificationem perduceretur
per se infallibiliter peccatores Christo Sacramentum
Penitentiae instituenti, ac nobis Sacramentalem Con-
fessionem adeo difficilem præcipiunt, obedienciam quide-
m, aut non gratias deberemus: pondus siquidem ea no-
bis esset non subsidium. Quarto, nec verum esset vilo
sensu in Sacramento Penitentiae ex attrito fieri peccato-
rem contritum, ut idem Tridentinum ait: Cum forma-
lem contritionem independentem à Sacramento prævia
esset: infallibiliter attrito. Nec quo ad effectum iustifi-
cationis, qui in dependenter etiam à Sacramento Peni-
tentiae contritionem prævia attritione adductam conse-
quitur. Quinto, cum præfinitio contritionis, contritio, &
gratia iustificans, seu formalis iustificatio ex prævia attri-
tione disponente simul necessario apponantur nunquam
iustificatio impij virtute Sacramenti, & absolutionis, quæ
eius essentialis forma est, adhuc comitatur peragetur, quod
est contra fidem, ut Doctæ probat Vasq. de Penit. q. 84.
art. 3. dub. 1. & n. 5. contra præfatos, & recentiores Hæreti-
cos solita eruditione Patrum, & Conciliorum, præsertim
Tridentini sess. 14. cap. 1. & 6. & can. 3. 9. & 10. Assum-
ptum probatur: quia absolutio post Confessionem pec-
catorem dolorosam tempore, & duratione successiva: ac
proinde post attritionem, quæ in eodem instanti antecede-
nti absolutionis inchoationem (ne dum perfectionem
necessariam, ut tam ipsa, quam Sacramentum, quod consti-
tuitur consentis iustificationem operetur) præfinitio
contritionis, & iustificatio infallibiliter simul adest: ergo
cum absolutio, & Sacramentum Penitentiae peragitur in-
venitur impius iustificatus, atque peccatis antea acta dura-
tione solutus, & absolutus: ergo nec eum iustificat, ne-
que à peccatis soluit, seu absoluit. Quid ergo restat iuxta
horum solutionem, quam impugnamus, nisi clauum po-
testatem eum Vileffo, Luthero, Melancthone, & huius
Færmæ Molinarii, ne Carolicissimæ Molinæ nostri do-
ctrinæ consentiant, Ecclesie denegare?

4. Sexto: quia, cum omnes bene instructi fideles
sciunt Confessionem Sacramentalem, non historiam solum,
sed dolorosam de peccatis esse debere, antequam ad
Sacramentum accedant (ni temere accedant) dolorem
saltem attritionis debent concepsisse, & se habuisse iudi-
care: quare Ecclesie totius praxis est hortari peccato-
res, ut antequam peccata sua penitentiae Sacramento ex-
pianari ad Confessionem se præparent, non solum ante
dolorum peccatorum recogitatione matura, sed in pri-
mis efficaci, & quam maximo, gratia auxilio, possint
peccatorum dolore saltem attritionis, quam ni præcon-
ceptam à se iudicent Sacramentalem Confessione absti-
nere, eos hortamur, si ergo ante Confessionem Sacra-
mentalem attriti esse debent, ac subinde iuxta hanc solu-
tionem iustificati, vel saltem contritos se credere, ne te-
mere accedant, multo ante Confessionem, ne dum abso-
lutionem tempore iustificati erunt à peccatis, vel saltem
se iustificatos credent, qui non temere ad illam accedunt.
Ex quo septimo arguo. Cum enim cum hoc iudicio firmo
de sua attritione, & debita dispositione ad accedendum
ante ad Confessionem Sacramentalem cum fide absoluta,
& spe certa suæ à peccatis iustificationis per Sacramen-
tum obtinendæ nequeat accedere: fiet, neminem, qui de
suo dolore, attritionis adhuc, de peccatis suis dubius non
sit, posse cum ea Spe, & Fide absolutis, formalibus, vel vir-
tualibus, accedere: cum autem hæc etiam dispositiones
necessariæ ad Sacramentum Penitentiae per omnes Theo-
logos sint, & cum iudicio illo firmo de dolore suo saltem
attritionis de peccatis sint impossibiles, fiet neminem
cum omnibus dispositionibus necessariis posse, ad Sacra-
mentalem Confessionem accedere: quod est absurdissi-
mum, temerarium, errorique proximum.

5. Nec satis hæc in contritione, ad quam penitentes,

antequam ad Sacramentalem Confessionem accedant,
hortamur instari possunt: quia neque iudicium firmum
de ea, neque ipsa, ut dispositio requiritur, ut cum absoluto
actu fidei, & spei de iustificatione à peccatis per abso-
lutionem recipienda, quæ altera dispositio est, pugnet, neque
adeo facile, & frequenter contritio de peccatis concipi-
tur, nec iudicium firmum de habita contritione perfecta
concipi potest: quin certos nos de eius existentia in hac
vita, nisi ex Dei revelatione, esse non posse, dogma fidei
proximum est: cum non possent esse, nisi ex Dei reve-
latione de nostra iustificatione certos definitum in Tri-
dentino sit satisque illis verbis, *nemo scit utrum amore,
an odio dignus sit* Declaratum: de attritione vero de
peccatis ob penas à Deo in alia vita, (& si lethalia pec-
cata fuerint, ne nos de ipsis periret, æternum) insignen-
das, certi esse possumus, & frequenter certissimi: ergo in-
feritur non posse nos credere, aut sperare absolute ius-
tificationem à peccatis per Sacramentalem Confes-
sionem.

6. Minus præstat, satis esse fidem, & spem conditio-
nalem: sicuti, cum quis cum iudicio probabili de sua con-
tritione accedit. Tum, quia cum certus est absolute de
sua attritione, illa fides & spes, pro tunc, essent de con-
ditione impossibili sibi nota in hac doctrina: scilicet si
non sim iustificatus: cum tamen certo sciat se iustifica-
tum accedere: quod non evenit, cum quis contritus (quod
ipsi, ut diximus certum non est) accedit: quare optime
potest fidem, & spem prudenter concipere de sua iusti-
ficatione per Sacramentalem Confessionem & absolutio-
nem si non accedat contritus, & subinde iustificatus,
quod sibi naturalibus viribus, seclusa Dei revelatio-
ne, ignotum omnino est, & incognoscibile. Nolo vero
huic disparitati de certitudine attritionis, ac subinde ius-
tificationis impij, qui attritus ad Sacramentalem Confes-
sionem accedit: quare & certus de ante acta sua iustifica-
tione, iuxta horum doctrinam, atque de impossibilitate
certitudinis pro tunc conditionis, sub qua creditur, spe-
ctaturusque erat instantia huius repulsa innitatur: quia
certa cognitio attritionis ab aliis controuersiarum deci-
sionibus, non adeo apud omnes certis, pendet: Nempe;
an possit esse attritio vera ex auxilio naturali, quo ad sub-
stantiam, & solum supernaturali quoad modum: ac proinde
& ipsa quoad modum solum supernaturalis: quare nec
omnium sententia possit naturaliter certo, & euidenter ab
eam habente cognosci: Accurrit: an, etsi supernaturalis
quoad substantiam attritio sit, atque obinde ex auxilio
eiusdem ordinis necessario proveniens, tamen naturaliter
ex suppositione quod sit certo, experimentaliter euiden-
tia, ab eo cognoscatur, cognoscique possit qui eam conce-
pit? Cum enim circa hæc duo controuersia inter Au-
thores versetur, etsi attritionem ad Sacramentalem Con-
fessionem necessariam, atque ex auxilio gratia necessa-
rio concipiendam, solum, quoad modum supernaturalem,
& naturalem, quoad substantiam, sicuti & auxilium ad
eam requisitum iudicem, ac proinde certo, euidentia ex-
perimentaliter, ob eam habente cognoscibilem, imò & ab ex-
perientia ita cognitam recognoscere: tamen, ut dixi solu-
tionem, & instantiam hanc nolo ex solum probabili-
bus, adhuc vero similioribus, reici, cum euidenter possit
reici, & confutari.

7. Sic igitur eam impugno. Etiam si certus quis de
attritione, qua se ad Sacramentalem Confessionem præ-
parauit non sit, tamen non posse eum absque iudicio pro-
babili, & prudenti de sua attritione ad Sacramentalem
Confessionem ritè, ac non temere, accedere certissimum
est. Sed ita accedens nequit habere fidem, & spem, adhuc
conditionalem de sua à peccatis iustificatione in solu-
tione principaliter impugnata, virtute Sacramentali Peni-
tentiae: ergo nulla est instantia, & solutio ex accedente
contritio ad Confessionem Sacramentalem cum fide, &
spe conditionalis de iustificatione sua per Sacramentum.
Antecedens probatur: quia fides, & spes conditionatæ
sub hac conditione erunt: *Si non sim, accedam, & iustifi-
catus à peccatis consentis virtute Sacramenti ab eis ius-
tificabor*: Hæc autem conditio in præcipua solutione,
quam impugnamus, huic omnino æquiualeat: *Si non ac-
cedam adhuc attritus ad Sacramentalem Confessionem
virtute Sacramenti à peccatis antea iustificabor*: Cum
in hac solutione prævia attritum, ac non contritum, &
iustificatum

iustificatum accedere sit impossibile: atqui iudicium illud conditionatum est erroneum, & Hæreticum: ergo non est fides, nec ipsum secuta spes Theologica, sed præsumptio Hæreticalis. Minor est certa: Siquidem, qui nec attritus ad Sacramentum Pœnitentiæ accedit virtute illius non esse à peccatis iustificandum fides Catholica est. Ex quo præoccupatur euasio alia: quod scilicet si certus non sit de sua attritione possit credere, & sperare absolute se per Sacramentalem Confessionem, & absolutionem esse à peccatis iustificandum: si enim de facto attritus sit, & obinde iustificatur, licet incertitudo iudicii de sua attritione, & iustificatione locum fidei, & spei Theologiæ, (ni aliunde tunc repugnant,) de sua à peccatis iustificatione virtute Sacramenti faceret; at tunc inde absoluta fides, & spes illa repugnant: quia tunc iudicium illud falsum esset, scilicet à peccatis iustificandum, & absolendum virtute Sacramenti, qui ante illud prioritate naturæ, & temporis quandoque non exigit, iustificatus, & solutus in aduersionem doctrinæ, & est, & supponitur: siue ergo certus quis, siue incertus de sua attritione sit, cum ad Sacramentalem Confessionem rite præparatus accedit, cum fide, ac spe iustificationis à suis peccatis virtute Sacramenti obtinendæ, siue absolute, siue conditionali, siue explicitæ, siue implicitæ (quæ explicitæ, seu formalis possibilitatem supponit) nequit accedere, cum tamen aliquo ex his modis id credens, & sperans accedere necessario debeat.

8. Neque vero plura, quæ dedimus cert. 8. contra solam dispositionem præuiam positivam præfinitionis per actum positivum, qui nostræ potestatis sit, & ratione cuius nostræ tantum libertati præfinitionis positio subiacetur, militent: nam & negativam dispositionem nostram liberam præfinitioni præuiam æquo ferè impera arietant. Etenim negativam illam dispositionem alicuius actus præuij libera omisso erit, ac proinde tentationis ad actum illum prauum in ducentis victoria: quæ Dei proinde gratiam auxiliantem, & efficaciter ab eo auertentem, & præfinitionem proinde in ea quidem sententia semper supponat, omnium vero opinione, si grauis tentatio sit. Unde infinitus processus contra istam dispositionem negativam, & reliqua consecutaria inferuntur. Sed quoniam solus Cabrera supra citatus hanc dispositionem negativam citatus ex Thomistis est: ex eius mente absurda aliquot notanda hic sunt: ait supra, *quam dispositionem ex se inchoat voluntas*: & num. 476. *Auxilium efficax incipere à nobis dispositione: quia determinatio, seu prædeterminatio, dependet ex libera dispositione nostra voluntatis negativæ, licet effectus sit à solo Deo*. Et rursum talem esse hanc dispositionem ait: *Ut illa posita infallibiliter sequatur determinatio Dei, & sine illa nunquam sequatur*. Atque hanc causalem admittit: *Quia voluntas se disponit ad talem actum, ideo Deus per auxilium efficax ad illum eam determinat*. Ex his autem inferitur dispositione hac prævia negativa propriis viribus nostris, iuxta hunc Authorem, à nobis posita, & imperfectiore quavis dispositione positiua initium salutis, & prædeterminationis ex nobis, & à nobis esse nostramque voluntatem expectari à Deo, ut suam misericordiam erga nos apponat, & sua nostram sequatur: quare glorandum esse iusto prædestinato, quod se ab impio, & reprobo tandem discernat, aliquidque habeat ad prædeterminationem conducens, quod non acceperit: quare, & quod nostræ naturalis potestatis sit præfinitum, ac prædestinatum ad bonum: Siquidem iuxta Augustinum I. determinationum capite 22. & iuxta rationis naturalis lumen, id est, *in nostra potestate, quod, cum volumus, facimus*.

CERTAMEN X.

Dependens alia præfinitionum ab exercitio libertatis nostra à Thomistis excogitate præcitur.

1. Præuiis dispositionibus liberis nostris ad præfinitiones à Deo obtinendas malè nos disponi posse animadvertentes Thomistæ præfinitiones diuinas, non aliter bene cum nostra libertate componi, æstimant tandem, ni eas à liberis ipsis actibus per illas præfinitas dependentes assignarent. Idque, ne nobiscum, (ut verba auctoris sonant,) omnino consentiant, variis etiam modis explicant. Primus est: Præfinitiones suas, cum de se connectæ cum actibus præfinitis sint, non posse esse sine illis, tanquam necessariis suæ essentialis connexionis terminis: ac proinde earum quamvis à suo actu contingent, & libero præfinito, quare, & à nostræ in illo edendo exercitio libertatis in sui existentia, & positione pendere: cum nil aliud vnius ab alio dependentia sit, quam in se sine illo consistere non posse. Cæterum dependentia hæc præfinitionis ab actu præfinito non ruitur, sed potius destruit actus libertatem. Patet, quia de essentiali causæ libertæ est posse operari, vel non operari positus omnibus requisitis ad operandum, ut cert. 1. statum abundè ab authoritate & ratione est: sed hoc pugnat cum dependentia cuiusvis requisiti ab effectu suo ratione essentialis connexionis requisiti illius cum ipso: ergo hic modus dependentiæ præfinitionis requisitæ ad actum, seu effectum ratione connexionis cum illo non ueretur voluntatis nostræ, sed potius destruit, libertatem. Minor probatur: quia ex dependentia requisiti ad operandum à sua operatione, & effectu, tanquam à termino essentialis connexionis, quam habet, fiet necessario ut requisitum illud poni repugnet, quin operatio, & effectus ponatur: ergo quin repugnet eo posito non esse operationem, & effectum præfinitum, ac proinde esse eo posito potestatem operandi, vel non operandi, quod ipsum est potestatem liberam esse: ergo modus hic dependentiæ causæ à suo effectu, tanquam à termino essentialis suæ connexionis cum ipso, destruit potius libertatem causæ, quam eam reuatur, atque ipsa causæ libertæ definitione ab ea excluditur. Confirmatur: Siquidem ex solutione generatio Filij, & Spiritus sancti processu in diuinis liberæ hoc stricto libertatis genere, de quo hic agimus essent: contra omnes, non solum Thomistas Dominicanos, & Iesuitas, sed Scotistas, qui libertatem eis, non strictam hanc, sed aliam laxiorem solummodo concedunt. Item causæ omnes naturales, & contra liberas diuine, eorumque effectus, & libertæ, & liberi iuxta hanc dependentiam ratione connexionis essentialis cum ipsis ab eis, tanquam à terminis, proculdubio forent. Tercio: Beati posita visione Dei in eo amando, & Christi humanitas, posita hypostatica vnione in non peccando libera esset contra aduersarios. Nec refert præfinitionem actus liberi esse illius, ut liberi præfinitionem: quare, & cum eis, ut liberis connexionem habere, quod in effectibus causarum naturalium, locum non habet: id enim ut in terminis implicans ex definitione eadem causæ libertæ disiectum à nobis est certam. & à num. 6.

2. Illustrissimus Herrera Dominicanus, dum primaria sui ordinis Cathedra in Salmanticensi Academia dictaret Manuscripto de auxiliis alter dependentiam prædeterminantis auxilij (& idemidem prædeterminatiuæ præfinitionis) quam ratione connexionis cum actu prædeterminatiuæ præfinito, ab ipso actu componere tentauit: nempe inter præfinitionem, & actum præfinitum mutuum prioritatem, & antecedentiam naturæ, & causalitatis, ac subinde mutuum dependentiam, in diuerso tamen genere, excogitauit. Ut scilicet actus prædeterminatiuæ præfinitus in genere causæ materialis, uti necessaria ad prædeterminationem dispositio physica præcedat: quare & ex parte ipsius Deum